Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

neq; calumpniam faciatis. ⁊ contenti
estote stipendiis uestris. Existimante autem
populo ⁊ cogitantib omnib in cordib suis
de iohanne ne forte ipse esset xpc.
respondit iohannes dicens omnib.
Ego quidem aqua baptizo uos. uenient
autem fortior me cui non sum dignus
soluere corrigiam calceamentorum eius
Ipse uos baptizabit in spiritu sancto ⁊ igne
Cui uentilabrum in manu eius. et
purgabit aream suam. ⁊ congregabit
triticum in horreum suum. paleas autem
conburet igni inextinguibili. Multa quidem et alia exhortans euangelizabat
populum. Dominica secda.

Populus sion ecce dominus veniet
et ad saluandas gentes et auditam
faciet dominus gloriam uocis
suae in letitia cordis uestri. ℣ Qui
regis israhel intende qui deducis ueluti o.

Excita domine corda nostra ad preparandas unigeniti tui uias.
ut per eius aduentum purificatis
tibi mentibus seruire mereamur. Qui t.

Quecumque Romanos.
scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem patientie et
solatij. det uobis idipsum sapere
in alterutrum secundum ihm xpm. ut u
nanimes uno ore honorificetis dm
et patrem dni nri ihu xpi. Propter
quod suscipite inuicem. sicut et xpc suscepit uos in honorem dei. Dico enim
xpm ihm ministrum fuisse circumcisionis
propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. gentes autem
super misericordia honorare dm sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in
gentibus dne. et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes
cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dnm. et magnificate eum omnes populi. Et rursum esayas
ait. Erit radix iesse. et qui exurget
regere gentes in eum gentes sperabunt
Deus autem spei repleat uos omni gaudio ⁊ pace in credendo. ut habundetis in spe et uirtute spiritus sancti. Gr.

Exiit sermo spe ties decoris eius
de uis manifes te uer
nicet ℣ Congrega
te illi sanctos eius qui ordinant
testamentum eius per sacrifi
cia. Alleluia. ℣ Rex noster aduenit
in ciuitate quem iohannes predicabat agnum esse
in medio eius. Secdm lucam.

Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. et super
terra pressura gentium preconfusione
sonitus maris et fluctuum. arescentibus hominibus pre timore et expec